

5. Sunt tamen *ab illo* alia omnia: quæ ut *effecta & attributa externa* ad ipsum propriè referuntur.
  6. Omnis autem *bonitas* seu perfectio, quæ operib<sup>9</sup> divisè ac limitatè inest; ipsi simplicissimè competit.
  7. Eam mens nostra confert, ad diversa & inadæquata in creaturis *vestigia*.
  8. Diversis igitur & inadæquatis conceptibus, eadem in plura distinguit *attributa interna*.
  9. Et ex *collatione* quidem *positivâ*, pro variâ creaturarû perfectione, varia sumuntur attributa communia.
  10. Talia sunt potissimum, *esse, subsistere, agere, vivere, scire, velle, exsequi*.
  11. Quorum *gradus* seu perfectio absolute considerata, est *sapientia, latitudo, efficacia*.
  12. Eorundemq; *duratio*, dicitur *memoria, constantia, & perseverantia*.
  13. *Conformitas*, seu perfectio relativè
- con-